



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,  
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1619**

Cap. XLVII. De Ruthenis seu Rußis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11108**

busiensi Episcopis, qui ad Poloniæ regnum  
non pertinent.

## CAPVT XLVII.

DE RVTHENIS, SEV  
*Rußis.*

**P**Ræter Latinos istos Antistites, sunt & Ruthenici ritus Episcopi octo, sub ditione Regis Poloniæ: nimirum *Kiouiensis.* qui est Metropolita, *Vlodomiriensis, Luceo-*  
*riensis, Polocensis, Præmisiensis, Leopolienensis,* *Chelmensis & Pinscensis.* Hi anno 1596. à Clemente VIII. in cōmunionem Ecclesiæ orthodoxæ sunt recepti: vt fusè Baronius ad calcem tomī VII. Annalium commēmorat.

De vetustis Ruthenorum erroribus,  
quos ferè communes cum Græcis habere  
solēt, consule Posseuinum in Moscouiæ de-  
scriptione.

Est autem duplex Russia, *Nigra*, quæ Po-  
lono, & *Alba*, quæ Mosco subest.

In Volhinia, quæ sub Russia Nigra con-  
tinetur, viuit Dux Ostrogoiæ, inter Ru-  
thenos ditissimus ac potentissimus.

Sub ditione Polonorum viuunt & *Ar-* *Armenij.*  
*menij* plurimi, qui suum quoque Episcopum  
habent: sed nec hic, nec Ruthenici Antisti-

H tes

114 DE STATV RELIG. CHRIST.

tes locū habent in comitijs regni Poloniae.  
Residere autem solet Leopoli Episcopus  
seu Metropolita Armeniorum, qui ea in ur-  
be, item Camenecæ, viciniisque locis magno  
numero mercaturam exercent.

De lingua Ruthenica, eiusq; characteri-  
bus vide suprà cap. 42.

C A P V T X L V I I I .

COLLEGIA SOCIETATIS IESV  
*in Polonia.*

**I**N Polonia, Lithuania, Prussia, Russia, et  
lijsque prouincijs regno Polonico anne-  
xis, multa florent Collegia ac gymnaſia  
Societatis Iesu, duas in Prouincias distri-  
buta.

PROVIN C I A P O L O N I A E .

Craco-	Domus Professa.	Kr
uiæ	Dom. Prob. S. Steph.	Skovv.
Collegium Posnaniense.		Poznan.
Collegium Calissiense.		Kalisz.
Collegium Lublinense.		Lublin.
Collegium Leopoliense.		Lvvovv.
Collegium Jaroslaviense.		Jaroslavv.
Collegium Sandomiriense.		Sandomirz.
Collegium Luceorienſe.		Lucko.
Collegium Torunense.		Torun.
		Col-